

quam iis que ſuperius dicta ſunt, afficitur: ibi enim Jeſum Chriſtum intuetor non tantum quoad ipſum, ſed quoad ſpectat ad me: non tantum ratione illius, quod eſt, quam ratione illius, quod operatur, cum ſecundum Simeonis prophetiam natus ſit in ruinam, & reſurrectionem multorum, atque ut ſit veluti ſignum contradictionis eorum. *Ecce hic poſitus eſt &c.* Quo autem modo qualitates adeo oppoſitæ, quales ſunt Redemptoris, inimici, & victima hominum poſſunt conciliari? Si enim venit ad eos ſalvos faciendos, cur natus dicitur in ruinam eorum? Si poſitus eſt tamquam ſcopus eorum crudelitatis, quomodo eſſe poteſt reſurrectionis eorum principium? Si eos reprobat, quomodo amat? Spiritus ſancti opus eſt nobis præſcribere, quid ſit in impeneſtabili hoc Myſterio credendum. *Sermones Morales Tomo 1.*

SUPPLEMENTUM

Ad Tractatus, ac Titulos

DE CIRCUMCISIONE FILII DEI, ET SANCTO NOMINE JESU.

Quid ſerit J. C. qualitas ſalvatoris.

**C**ogitate quanti ſerit Jeſu Chriſto qualitas Salvatoris hominum. Miſera Nativitas, vita laborioſa, & humiliata, lacrimæ inſaniti pretii, non ſunt titulus ſufficiens, ut ille ſit hominum Salvator. Noſtra ſalus illi longe majori pretio ſerit: neque eſſe debuit niſi fructus mortis ejusdem; itaque non vocatur Jeſus, niſi cum eſſendit primitias Sanguinis ſui, qui non niſi uberioris redemptionis arrha eſt. Quid tibi ſerit, Salvator mi, tantum amare me? Sed quam inde recipis mercedem ex adeo oneroſa qualitate! Optio tibi facta ſuit mortis non ſubducendæ, quin aliquid de tua beatitudine deperiret: Neque ignorabas te de ingratis benemerere: ſed tuus erga nos amor prævaluit, & ego non afficiar adeo benefica caritate? Quam caro tibi ſtat pretio qualitas conferendæ? Quam ele decet amorem meam erga talem Salvatorem, & quam ad hanc æſque diem tibi retuli gratiam? *Pater Cræſtus in Aſcetiis.*

In eodem ſermonis h. ſerit conſtitui potest ſolum ſanctiſſimum &c.

Licet ſollemnitas Myſterii Circumciſionis Domini Noſtri illam complectatur Sanctiſſimi Nominis Jeſu, & utramque ſecernere permittat Eccleſia, nos tamen illas non ſejungemus, quandoquidem archis inter ſe vinculis coherent. Honor quoque ſanctiſſimum eſt a Fidelibus omnibus Sanctum hoc Nomen, Apoſtolo teſte, hunc eſſe cultum, & Fideles in omnibus terris eſſe ſummum cum obſequio, & inſignem ſollemnitate ſeſſum Sanctiſſimi Nominis Jeſu concelebrant. *Idem.*

Religia, & virtus huiusmodi Nominis.

Nomen divinum! quod Deus unus imponere poterat Salvatori huius Mundi! Nomen venerabile, quo audit, omne læſetur gens, & ceſſanda quævis humiliatur! Nomen ſacrum, quod reformidat infernus, & demones fugat! Nomen Virtute plenum, vi cuius maxima, maximeque authentica peracta fuerunt miracula! Salutare Nomen, unde omnia novæ legis Sacramenta efficiuntur mutantur! Nomen omnipotens apud Deum; quoniam propter illud preces nos exaudiuntur. Nomen glorioſum, quod zelus ad Gentes, & Reges terræ pertulit. Auguſtum Nomen per cuius conſeſſionem Sancti gloriæ ſibi veterum graviffimas ſubire compemelas, ac terrerim pati ſupplicia; Nomen denique incomparabile: *Nec enim aliud Nomen eſt ſub Cælo datum hominibus, in quo non oporteat ſalvos fieri.* (Act. 4.) Sanctiſſimum Jeſu Nomen, Sanctus Bernardus inquit, (Serm. 15, in Cant.) merito vocatur Oleum ſalutare. *Oleum enim lucet, poſcit, & ungit; Fovee ignem, nuxit carnem, lenit dolorem; lux, eſtus, medicus...* Arius eſt omnis anima eſtus, ſi non oleo iſto inſundatur: Inſundus eſt, ſi non hoc ſale condatur... *Triſtatur aliquis noſtrum? Venit in cor ejus Jeſus, & inde ſalliat in os. Ecce ad exortum nominis lumen nubium omnis diſſugit, reſte ſerenum. Labitur quis in crimen? currit inſuper ad laqueum mortis deſperando? Nomen ſi invocet Nomen vite, conſeſſum reſpirabit ad vitam?* (S. Bernardi ſermonia.) Ubi ſolum Jeſu Nomen inſonuit, infernus abiicit arma; hoc tot ſuaves elicit lacrimas; hoc in graviſſimis periculis oranti animos addit. Quis hoc adorabile Nomen invocavit, & non continuo ſubfidium actus eſt? quis violentiſſimis animi perturbationibus agitur, & ſalutis ſuæ inſeſſiſſimis horribis læceſcit ad Sanctum hoc Nomen conſugit, quin victoriam reportaret? Nomen fortitudinis in certaminibus; Nomen lucis in periculis; Nomen conſolationis in adverſis; Nomen ſalutis in hora mortis iis omnibus, qui illud gerunt impreſſum in corde. Quem Sancti viri cultum augullo huius Nomini non adhibuerunt? Sanctus Ignatius Martyr illud in corde ſuo inſculpum gere proſtebatur. Sanctus Bernardus inde petebat omnia ſermonum, & Elogiorum ſuorum argumentum; & Sanctus Ignatius Societatis Jeſu Inſtitutor credidit ſe Filiis ſuis non poſſe aliud nomen facere, quod ſublimioris perfectionis ſtatus ſui, & officiorum Miniſterii ſui conceptum poſſet adſtrucere, quam illos Societatem Jeſu nuncupans. Quondam Patres hi juxta conſuetudinem complurium Eccleſiarum in Gallia peculiare

ſeſſum recolebant adorabilis huius Nominis, quod fideles omnibus ſape habere debent in ore, S. Bernardus ait, ſemper que geſtare debent alius inſculpum in corde. *Idem.*

Spiritualis Circumciſio niſi per legale circumciſionem fuit præfigurata. Deus primum Circumciſionem præcepit Abraham, ut æternam eſſe ſignum fœderis, quod percutiebatur cum illo, voluitque illud ab omnibus poſteris ejus deſerri, tamquam indelebilem notam, quæ Judæos ab aliis populis diſtingueret, ac inſeſſentem ſpiritus eorum obſcuret moriorum peculiaris cultus, quem Deo debebant. Umbra, & figura præteritæ; character inviſibilis, quem Baptiſmus impriſit in animarum noſtrarum ſubſtantia, ſuſceſſit in locum Circumciſionis palam in Judæorum corde impreſſæ: & interior abnegatio rerum Mundanarum Chriſtiſidelibus omnibus imperata, ſuſceſſit exteriori ſeparationi ab idolorum cultoribus, quibus veri Moſayce legis ſectatores erant permixti. *Abbas du Jarry.*

Mortificatio eſt illa ſpiritalis circumciſio, que in nobis ſuſceſſit circumciſionem legali.

Auſteritate noſtra, maxime inſtituti patres eſſe decet.

Sentibus tuis permiſiſi quidquid illi quaſiverunt: nullum eſt voluptatis genus, quod a te prægratum non fuerit; Spiritus tuus factus mancipium turpium cupiditatum tuarum, quarum inſania tibi erat cognoscenda, turpes tibi offendit in vitis verſutias, & rationes lædendi Deum, tibi, ut ita dicam, ſoli perſpectas. Quomodo nam hæc reparare vis mada, ſi poenitentia tua ſecelerum tuorum improbitatem minime exauget? ſi non æque mortificatus es, ut impudicus fuiſti? Si ita callidus non es in expiandis criminibus, ut in illis perpetrandis fuiſti? Quomodo reparaturus es impia colloquia, atroces detractiones, venenatos terrerim calumnia morſus? Hos obtutus in ſingula momenta eſſa uſus, qui ſecum pertraxerunt cor tuum ad noxia objecta; *Oculos plenos adultærii, & inſeſſabilis delicti.* (2. Petri 2.) Quomodo inquam reparaturus es hæc omnia mala, niſi poenitentiam tuis ſeceleribus parem effeceris? *Quantum Joſephavit ſis in delictis: tantum date illi tormentum?* (Apoc. 18.) In hoc enim proprie, Sanctus Thomas ait, ſua poenitentia eſt: opponere impudicitia mortificationem, moerorem lætitiæ, collectionem evagationi, humilitatem ſuperbie: *Tantum ſuſtineat ad bene agendum, quantum ſuſcepit ad peccandum.* *Idem.*

Homines ſalvati non poſſunt ſine cordis circumciſione.

Dei Filii homines ſalvos fecit, ac ſibi Salvatoris Nomen comparavit Sanguinem effundens, ac perſerens acerbiffimum Circumciſionis opus; ſimili pacto homines ſalvi fieri non poſſunt ſine Circumciſione earum rerum, quæ ſenſum palpani, & ſine Corporis mortificatione; ita ut in Scriptura loquens de populo Dei aſſerit, illam, cuius caro circumciſa non fuerit, in nullam reditus ſpem, eſſe perituro; dicere poſſimus inter Fideles, ſine cordis Circumciſione (ita enim in lege noſtra appellatur, quo nomine intelliguntur voluptatum abſtinenciæ, & ſeſſum mortificationem) ſine hæc inquam circumciſione nullam eſſe noſte ſpem in partem accedendi ſalutis illius, quæ nobis glorioſum Jeſu Nomen annuntiat, & quam Salvator hæc amabilis nobis promeruit. Hoc nobis Sanctus Paulus Domini ſui Nominis hæc aperit, ac decretoribus verbis edicit. *Si ſecundum carnem vixeritis, morietur; ſi ſpiritus facta carnis mortificaveritis, vivetis.* *Auſtor Sermonum in omnia argumenta.*

Licet præſentis nobis conſueti, ut olim Propheta Jeremias: *Omnis domus Iſrael inſeſſentibus ſunt corde.* Inter tot Chriſti fideles, qui domum Iſrael conſtituunt, vix cor vere circumciſum invenies. Inexplebilis cupiditas emicat in huius ambitione, & ſecreto agit ſub modetiſſa ſpecie; Poveſt abſconditam horum invidiam; aram aliorum nutrix obſcractionem; principium virorum alit ſuperbiam, & pauperum querimoniam. *Omnis domus Iſrael inſeſſentibus ſunt corde.* (Jerem. 9.) O Deus, tuum eſt, auxilio gratia tuæ exhaurire corda noſtra hoc miſero creaturarum rerum amore, qui in cordibus noſtris tenet locum illius, quem tibi debemus. Exterior Circumciſio non valet amplius; lex, qua imperabatur, antiquata eſt; ideoque in re hæc nobis non licet Mundi Salvatorem imitari: Sed eandem longe meliori pacto poſſumus imitari ſequi Spiritum exempli inſignis, quod propoſuit nobis terreſtrium effectuum caſtigacione; circa quam, modo ſincera, & vera ſit, non ſumus niſi Chriſtianorum phantasmata. *Abbas du Jarry.*

Chriſtiſſima circumciſio eſt mortificatio inter ſeſſes admodum vera.

Gratia, quæ nobis hodie tribuitur ad ſuperandas affectiones noſtras, & ad perſeverandum in cultu Dei, non eſt ſimilis gratiæ, quæ data fuit Adæ, quæ gratia erat in Paradifo voluptatis conceſſa, ubi nullam affectuum ſuorum patiebatur rebellionem; ſed e contra omnia corporis membra, omneſque anime facultates rationi obſequabantur. Sed gratia quam habemus in Chriſtianiſmo, proſus generoſa eſt; retinet ſuz nativitatæ principia, cumque genita fuerit in paſſionibus, & Sanguine Filii Dei; nobis data eſt ad vincendas, ſuperandæſque difficultates, quæ obſcic diabolus conſilio perfectionis noſtræ, atque ſalutis, ad evellendas ex animo noſtro cupiditates, eaſque cæcandas, & perſerendam hanc mortis exercitacionem uſque ad extremam vitæ ſpiritum, quod plenum ſane laboris opus eſt, & pro quo non modicum chriſtianiæ generoſitatis opus requiritur. *Pater Gibbes.*

In veteri lege novimus duplici in occasione factam fuiſſe ſollemnem, & generalem circumciſionem; primum cum Abraham egreſſus de patria, & de domo Patris ſui auſſit a Deo:

In nova lege Dominus duplici re-

ſeſſum eorum me, & poſteritas; (Gen. 17.) ſecundo cum Joſue jamjam introductura in terram promiſſionis populum Iſrael, qui poſt exitum de terra Egypti annos quadraginta in deſerto permanſerat, dixit illi Deus: *Nonde abſtuli opprobrium Egypti a vobis, (ſeſſe 5.)* videlicet præputium, quod de Egypto attuleris, & modo eſtis digni, qui ingrediamini in terram, quam promiſi populo meo. In nova enim lege Dominus duplicem præcipit circumciſionem, non carnis quidem, ſed mentis, & cordis; per quam nos amputare jubet quidquid in nobis eſt peccatorum, vitiorum, cupiditatum, & affectuorum inconditarum. Prior quidem ſit noſtra converſionis initio cum obedientes voci Dei nos ad ſui ſequelam vocantis, Mundum, patriamque domum reliquimus, liberius coram illo ambulaturi, & facilis viam perfectionis currendo abſoluturi. Sed præter hanc generalem circumciſionem quæ in omne vitæ noſtræ ſpatium eſt perduratura; alteram a nobis requirit Deus ſub exitum noſtræ peregrinationis in Mundi huius deſerto, cum propius accedit momentum illud, quo in veram promiſſionis terram ſumus ingreſſuri. *Pater a Ponte in opusculis Aſcetiis.*

Vobis dico Auditores, nobis imitandum eſſe Salvatorem in Circumciſione ſua, quia vobis in exemplum propoſitus eſt: hæc enim ſententia eſt divinitus lata, Prædelinatos eſſe debere ſimiles illi. Sed ad idem: quantum amputandum eſt in menſa, quantum in luxu, quantum in alea, ludo, ſolatiis, & converſationibus veſtris! Antequam ſolum hæc imago adumbrata ſit, & hæc ſimilitudo incipiat apprehendi, tantum abeſt, quod ſit perfectum ex emplar, ut vix prima dumtaxat videatur lineamenta. *Auſtor Sermonum in omnia argumenta.*

Circumciſio ſecundum Deum inſtitutum erat nota, & monumentum quoddam fœderis, quod percuteretur cum populo ſuo Deus, & neceſſaria erat ad ſalutem circumciſionem, quam multi Patres his tribunt verbis. *Maſculus, cuius præputium eſt circumciſum non fuerit, delebitur: anima illa de populo ſuo.* Etenim per hæc verba intelligunt mortem æternam, qua filii non circumciſi damnabantur; quia non receperant Sacramentum a Deo inſtitutum ad originalis peccati labem delendam. *Tournaux, anno Chriſtiano, Tomo 1.*

Hæc Sacramentum ſuſcepit illud Baptiſmi ab eodem Chriſto Jeſu inſtituti faciliſ, ſimulque efficienſis circumciſio, & ad ſalutem neceſſarium; nam juxta verbum Filii Dei, niſi qui regeneratus eſt per aquam, & Spiritum ſanctum, nemo poteſt introire in regnum Dei. Verum ai-madverendum eſt, quemadmodum fatis non erat circumciſum eſſe, niſi fideliter Dei mandata ſervata fuiſſent: hoc enim promittebatur per fœdus, cuius ſignum erat Circumciſio: ita per Baptiſmum neminem ſalvatum iri, niſi verum ſuſcepit fœdus cum Jeſu Chriſto percuſum, & quod eſt illi adhaerere, & Damoni, ejuſque operibus, & pomis abrenuntiare. Corporum circumciſio non erat, niſi figura ſpiritualis circumciſionis cordis, quæ adeo in Scripturis commendatur; & hæc noviffima verum conſtituebat Judæum ſecundum Apoſtolum. Simili pacto in noſtris Sacramentis, non ſignum viſibile verum Chriſtianum conſtituit, ſed gratia, & ſanctitas, per ſignum viſibile ſignificata. Puritas, quæ conferitur, & exhibetur per baptiſmum, accurate ſervanda eſt: qui illius jacturam facit per peccatum, baptiſmi effectum amittit, ſcilicet gratiam, & amittit fructum baptiſmi, videlicet vitam æternam. *Idem.*

Igitur Jeſus Chriſtus circumciſus fuit ut legi pareret; ut enim didicimus a Sancto Paulo, ipſe ſe legis jugo ſubiicit; ut nos inde liberaret: Se ipſum ultro ſubiicit; quoniam quatenus Unigenitus Dei Filius dominus eſt, & immunis a peccato: ille, qui in Circumciſione ſua Nomen Salvatoris recepit, quoniam liberaturus erat homines a peccatis eorum. Voluit tamen plures ob cauſas a Patribus allatas hoc jugum ſubire. Etenim hoc factò docuit, Deum eſſe Auctorem Legis antiquæ: offendit ſe carne vera indutum fuiſſe, & proſſit ipſum; quoniam non ſecus ac illi circumciſus erat. Per voluntaria obedientiam, quam præſtavit legi, exemplum, quoniam tenebatur, docebat legibus a Deo inſtitutis obſequi, a quibus paſſim noſmet diſpenſamus per molliem, vel per ſuperbiam. Legem ſervamus, quam ipſe propeſidem abrogatur eſt, nos docet, ſervandas eaſ eſſe leges, quæ a noſtro videntur: denique ſervat magnum falutis noſtræ opus; eo modo, quo illud conſummatum erat, hoc eſt luendo poenitas peccati, ut nos a peccato ſimul, & a penis liberaret. Hodierna quippe die circumciſionem tamquam peccatorum hæc ſatisfactio ſecula, quæ non commiſit, conſundit noctentium impotentiam, qui nullas ſuſtinere volunt poenitas ad propria crimina expianda. *Idem.*

Honor, quem Fideles adhibent Nominis Jeſu, ubi illud auſſit a populo proferri; eſt conſeſſio Nominis Dei, quod recepit a Patre; & omnis lingua aliquando hoc ipſum conſitebatur, & evulgabit, Jeſum Chriſtum eſſe Dominum noſtrum, eumque in gloria Patris eſſe, quibus quatenus hominem perſui gloria, qua Pater æternus libere, & paſſionis illius remuneratus eſt; poſſidentem quatenus Deum eandem gloriam Patris ſui, cum quo unus eſt, & idem Deus. *Mondry Bibl. Cæſ. Theol. de Myſter. Tom. IV.*

Quid ſignificat honor, qui auſſit Nominis Jeſu, adhibetur.

ab æterno. Eccleſia ipſa nos docet in genua procurrere, cum hæc Apoſtoli verba proferuntur; quo ritum nos invitatur, ut ad examen revocemus, utrum credidiſſet noſtris ſenſus corporis noſtri habitibus ſpondeant. Lingua quidem noſtra conſcitur Jeſum Chriſtum eſſe in gloria Patris ſui; verum idem vita etiam noſtra producitur. *Tournaux in anno Chriſtiano Tomo quinto.*

Plures in Lege veteri hoc Nominis Jeſu appellati fuerunt; nomine hoc vocati, quia miſi erant a Deo ad Judæorum populum liberandum. Sed Virginis Filio poſſiſſimo jure glorioſum hoc Nomen imponitur; qui non ſolum ad populum Judæorum liberandum, ſed ad omnes generatim homines ſalvos faciendos, deſcendit. Non enim adverſus terræ Principes illi tantum dimicandum eſt. Mens ejus non eſt ſeſe obſcicandi injuſtis conatibus tyrannidis eorum: illi in poſitum eſt opus toto Cælo ipſi quidem glorioſus, nobis autem utilis. Venit in terras tenebrarum Principem debellaturus, portas Inferi perfracturus, & nos de poteſtate demonis ecepturus. Ecce quam ob cauſam glorioſum hoc illi Nomen inditum ſuit; ecce quam ob cauſam poteſtate, ac dignitate ſuperat eos omnes, qui ante ipſum huius Nominis honorem nacti ſunt. Quidquid nobis de maximis quibuſcumque expeditionibus narratum ſuit, non eſt niſi umbra, & figura Salvatoris Mundi. Nemo enim ſuit unquam præter Filium Dei de quo dici poterit; vocabis eum Jeſum: ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum a peccatis eorum. *Lambert in anno Evangelico Tomo quinto.*

Magnum diſcrimen inter Filii Dei, & eos qui in lege veteri hoc Nominis eſſe appellati.

Liberatis populum ſuum a peccatis eorum; (Matth. 1.) dicit Angelus ad Joſeph. Igitur Jeſus Chriſtus ſalvos nos fecit. Huius debemus ſalutem noſtram, illi eandem etiam debent, qui ante Nativitatem ejuſdem tempus juſtificati fuerunt. Omnes nos reconciliavit Patri. Non licet nobis deinceps ad æternam Patrem accedere, niſi nos Dei Filius illi præſentet. Ideo hoc glorioſum Nomen Jeſu illi in poſitum ſuit tamquam titulus, ne repulſam ferat a Patre, ut pro nobis interceſſor exiſtat. Preces noſtræ vim habere nequeant, niſi hoc Nominis confirmantur. Huius ſubſidium oſtinat eſt neceſſarium ad bona opera faciendâ; cum Deus illa coronat, corogat dona Filii ſui, qui ideo Jeſu vocatur, ut nos de dominatione Damonis redimat. *Idem.*

Nomen J. impoſitum Filio Dei ad inſumendum ejuſ triumpum de Principe tenebrarum.

Hoc illud Nomen eſt, quod ſignificavit Deus ſuper cetera, ut in Nominis Jeſu omne genuflectatur caeleſtium, terreſtrium, & inferorum. Hoc Nomen illud eſt, quod ex Apoſtolo proferri non poteſt, ut oportet, niſi Sanctiſſiſſi accellerit gratia. Ad colendum, ac dignè invocandum Salvatoris Nomen, opus eſt velle ſalvos fieri, & expiari a peccato; quoniam Salvator nuncupari voluit, ut nos a peccatis eximeret. Peccatum odille oportet, ſincere ſalutem cupere, & amare Redemptorem, ut bene, ac rite Jeſu Nomen invocetur. E contra vero eſt illud dedecore afficere, vel adhuc voluntarie peccato inhærere, vel nihil facere ad illud expiandum, vel non parere iis, quæ nobis perſcribantur ab eo, a quo recipere debemus regulas ſalutis, quam petimus. Hoc eſt ſibi in ludibrium vertere Salvatorem, velle ſalvari ab illo, quin faciamus quidquam eorum, quæ a nobis vult fieri, ut ſalvemur. *Tournaux Tomo 1, anni Chriſtiani.*

De Nominis Jeſu Circumciſione conſuſando.

Noſmet excutere debemus, ac videre utrum Jeſu circumciſi geramus ſimilitudinem, quæ certiffima eſt noſtræ falutis nota, utpote illa, per quam Dei Filius offendit ſe eſſe Salvatorem. Quid! noſtrum cupiditatum mancipia, voluptatibus tantum inquirendis inſentis, Crucis inimici, viventes in deliciis, præ nobis ferentes tantum horrores in ea omnia, quæ naturæ noſtræ vim poſſunt inferre, & amoris tantum in ea, quæ ſenſibus noſtris blandiuntur; non dicere poſſumus, quin erubescamus, nos huic homini-Deo ſimiles eſſe! Quem conceptum animo noſtro imbuiamus Chriſtiani illius, qui jure hoc nomine appellari non poteſt, niſi ſimilis ſit exemplari ſuo, videlicet niſi Crucem amet, niſi fugiat voluptates? Tunc incipiemus eſſe veri Chriſtiani circumciſi, cum excuſſis Mundi illuſionibus, qui nos ſeſellit placibus eſt veſtigio oppoſitis æternæ Sapientiæ conſiliis, meminerimus non amplexatos fuiſſe Religionem; cui fatis non eſt Crucem adorare, ſed quæ jubet nos illam geſtare, & pati; nos punare ſub capite ſpinis redimito; Chriſtiani viri negotium eſſe cupiditates ſuas ſubigere, incompoſitos affectus cohibere, ac tandem emori ſibi per jugem mortificationem. *Auſtor Sermonum in omnia argumenta.*

Nofmet excutere debemus, ac videre utrum Jeſu circumciſi geramus ſimilitudinem, quæ certiffima eſt noſtræ falutis nota, utpote illa, per quam Dei Filius offendit ſe eſſe Salvatorem.

Hoc pretioſo Sanguine, quem effundis, dele Domine maculas annorum præteritorum, & ſanctiſſica actiones omnes anni, quem hæc die incipimus. Totâ vita noſtra eſſe debet tua; eam quippe redemiſti pretio vitæ, atque mortis tuæ. Fac ut eo, quod nobis ſuperet, vitæ ſpatio reparemus totum illud, cuius jacturam fecimus non viventes pro te Labantur anni, & accedit æternitas; tamen per deplorabilem cæcitateſ vivimus, perinde ac vita hæc nullam eſſet ſinem habitura, neque ſolliciti ſumus de illa, quæ in æternum eſt duratura. Aperi oculos noſtros, Domine, & fac, ut annum hunc ſpectemus, tamquam illum, qui vitæ noſtræ eſſe poteſt noviffimus, ut ſanctius, quam præteritos, traducamus. *Idem.*

Oremus Domini in Sanguine ſuo deleas in nobis præteritorum annorum noſtas, & inſequentes ſanctificet.

Reſponſum conſummatum ſunt dies octo, nec inveniretur puer, & J. Nominis eſſe Nomen ejus Jeſus. (Luc. 2.) Jeſus Nomen eſt, dignitas, & quod

quam Sal-  
vator ce-  
pit ad un-  
guem.

quod ab aeterno destinaverat Deus Filio suo, & quod ho-  
dierna tandem die imponit ei. Quam sanctum, & quam  
adorabile hoc Nomen est in se ipso? Sed quam pietatem,  
quem amorem nobis inspirare debet erga illum, cui hodie  
impositum est! quandoquidem adeo belle replet Nominis si-  
gnificationem. Jesus Salvatorem significat, & quatenus Sal-  
vator hodie offert patri suum primitias Sanguinis sui tamquam  
arham sinceræ voluntatis, quam habet illum totum aliquan-  
do ad omnes homines salvandos effundendi. Quæ Caritas!  
Qui amor! Quid igitur volumus ab ipso præterea fieri, ut  
amorem nostrum promeretur? Nondum ne satis sibi cor no-  
strum, quod adeo carum est, comparavit? Num cor istud  
pluris est, quam Sanguis Dei? Verum si illud facimus plu-  
ris, cur tandem adeo facile creatis rebus prodigimus illud?  
Cur profuturimus illud Mundo? An nescimus hunc nebulonem  
esse, in nobis fallendū intentum? Omnia illius bona esse fal-  
ciana, honores inanes, voluptatesque omnes turpes, indi-  
gnas nobis, & impares replenda amplitudini cordis nostri,  
quod non nisi propter Deum factum est? Illud ergo tradi-  
mus Deo huic ab ipsis incunabulis pro nobis patienti; Cor  
hoc infidele non est amplius nostrum; omni jure ad hunc  
Puerum pertinet; ne igitur hoc illi denegemus. Iterum dico  
omnis magno pretio emptum est, nec tanti illud sibi  
Mundus vellet comparare: *Non est vestri, & empti omnia estis  
pretio magno. (ad Cor. 2.) Idem.*

Nomen  
Christiani  
nobis sub-  
scribendum  
ad imitatio-  
nem  
Filii Dei

Ex hoc Jesu Nominis, quod hodie Filio Dei impositum  
est, Nomen Christiani proficitur. Hoc gerimus quidem,  
verum sustinemus ne illius dignitatem? Quomodo illius  
munera explemus? Credimus ne sacrum hoc Nomen esse  
titulum inane, quem sine discrimine gertare valeamus?  
Non semper quidem exigit, ut pro Jesu Christo moriamur,  
sed exigit saltem, ut vita illius non abortivum vitam du-  
camus. Verum est ipsum non hodie perire opus nostræ  
Redemptionis; hoc immo tantum inchoat. Sed non ideo mi-  
nus illud sequi debemus hodie per viam mortificationis,  
paupertatis, humilitationis, & si illius modo sequi incipi-  
mus in hac via difficili, quam ingreditur, sperare possumus  
futurum, ut nobis gratiam largiatur consummandi cum ipso  
opulo salutis nostræ, ascendens cum ipso in Calvariam. *Morali  
novi Testamenti. Tomo primo.*

Quoniam  
debetur  
Salvatori  
quod J. No-  
men infere-  
re, ne po-  
titerimus.

Quoniam jure Dei Filius gerat Nomen Jesu; illud ta-  
men non nisi per humilitatem, ac doloribus plenam Circum-  
cisionis ceremoniam affectus est. Opus est, ut Nomen  
hoc aliquid in se magnum, atque admirabile complectatur;  
quandoquidem Salvatore non abnuit illud sibi tanta crudelitate,  
atque tot passionibus comparare. Quantumlibet horreat  
peccatum, mavult peccator haberi, quam nos ex hoc misero  
statu non exire, mavult vitam effundere Sanguinem, quam  
nos perire videri. O homo! Sanctus Bernardus excla-  
mat, hinc igitur agnosce negotium peccati tui, & anime  
tue vanitate. Incamus igitur consilium omnia sustinendi,  
ac faciendi ad alterum quidem evitandum, alterum vero  
salvandum. Verum remissamur neutrum a nobis fieri posse,  
quia fulciamus virtute Sancti hujus Nominis, quod Pater  
aeternus hodierna die Filio suo defert propter hominum  
salutem. Humiliter ergo, sicuterque petamus divinam istud  
subsidium cum pro tempore presentem, cum in reliquam vitæ  
nostræ spatium. *Idem.*

Salvator  
ipse se  
subscribit  
ergo, ut no-  
bis præbet  
exemplum  
obediencie.

Ad nobis ostendendam viam, per quam perventuri sumus  
ad gloriam, Salvator a teneris unguiculis prior eandem  
ingressus est, ut nobis præberet exemplum, quod sumus se-  
cuturi. Certum est, illum nullatenus coactum fuisse, ut sese  
legi Circumcisionis subiceret. Hæc ad peccatores tantum  
spectabat; ipse autem innocens erat: Abraham tantum  
filios coegit; ille vero erat Filius Dei: pro fervis lata erat;  
ipse vero Legislator erat, & Dominus. Ille tulerat legem;  
poterat ergo se ab ea dispensare, & nihilominus eidem se  
subjicere. Quod exemplum nobis! nullam ergo in nobis  
impressionem efficit? Non ciebit in nobis tenerum, sin-  
cerumque affectum, ut Sanctæ huic Legi pareamus, quam  
ipse Dei Filius a teneris unguiculis cepit observare? Hic  
tamen est ex præcipuis fructibus, quos ille sibi proposuit,  
subiciens se ultra duræ huic Legi Circumcisionis, atque tot  
aliis toto vitæ suæ spatio. Aequum ne est, ut mancipium  
sese legi huic subijcere detrectet, cum Dominus ipse prior se  
subjiciat? Exemplo igitur Salvatoris hujus pueri teramus hoc  
jugum suave, quod hodierna die nobis imponere incipit;  
quod si nostram gloriam constituit, nostram quoque consti-  
tuitur felicitatem. *Morali novi Testamenti. Tomo 1.*

Dei Filius  
eximio no-  
bis præbet  
exemplum  
ad superan-  
da ea que  
in chris-  
tiana Te-  
gis sunt dis-  
ticta.

Lex Circumcisionis lex erat pœnalis, & doloribus plena.  
Hanc observare non poterat Jesus Christus quin effunderet  
Sanguinem; tamen ille arbitrari possumus, ac dolorem satis  
non esse, ut semet ab eadem dispenseret; se illi subijcit, eamque  
Sanguinis sui sumptibus servat. Ecce nostrum exemplum.  
Nunquid molesta nobis officia nostra videntur? ac diffici-  
lis regularum nostrarum observantia? oculos conjiciamus in  
Puerum hunc fidei nostræ Auctorem, & Consummatorem.  
*Aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Jesum. (ad Hebr. 12.)*  
sed simul etiam perfectorem exitum legum, quæ natura  
ipsi videntur amarissimæ. Statim ac diei lucem adpexit,  
ipse prior illas incipit observare, nobis traditur exem-

plam. Exemplum inquam, quod fervorem nostrum excitare  
debet, & prohibere, ne animo despondeamus, nos robo-  
rans, atque communicans, ne *fastidiamur desidentes animi nosse.*  
*(Ibidem.)* Obediencia nostra, morumque Sanctimoniam nodum  
stetit nobis sanguine. *Nondum ad Sanguinem vestigia. (Ibidem.)*  
Sed si nobis effundendus esset, ut infanti huic Deo, id lice-  
ret nobis detrectare tantum hoc exemplum intuentibus? Igitur  
consilium ineamus exercendi quidquid nobis in Lege  
Dei, & in peculiaribus legibus nostris cuius in statu suo  
videtur acerbis, ut omnes obices superare possimus. *Morali  
novi Testamenti. Tomo primo, & Recens. auctor.*

Lex Circumcisionis, lex erat humilians, & cum probo  
conjuncta. Huic Dei Filius sese subijcere non potuit, qui  
saltem tacite peccatores se conisteretur; quandoquidem si-  
mul recipit in se peccati notam, ac medicinam: sed amor  
obediencie in corde illius præpallet horrore, quo fœpæ na-  
tura affectus esse debebat adversus peccatoris characterem.  
Mavult tamen videri peccator, quam legi desse. Præcla-  
rum nobis documentum, quibus umbra, species humiliatio-  
nis solida, ac legitima videtur causa propter quam nosmet  
ab æquissimis officiis, & arctissimis obligationibus dispen-  
semus. Adest ne in regula observantia, in praxi aliqua pre-  
sentia, in muneris alicujus procuracione quidquam, quod  
paulo magis solito nos humiliare videatur, ac nos infra no-  
stros fratres demittere? quas rationes, quos colores amor  
proprius, & superbia nostra suppeditat, ut petamus, sollici-  
temus, & extorqueamus dispensationes? pueri celestis exem-  
plum nos robore suffundat, ac disper omnes inanes præ-  
textus, quibus nosmet iveri coamur, ut a Sanctissimis chris-  
tianas, vel religiose vitæ legibus nosmet dispensemus. *Morali  
novi Testamenti. Tomo 1.*

Circumcidit Dominus Deus tuum cor tuum, ut diligas Deum  
tuum ex toto corde tuo. *(Deuter. 10.)* Quid est spiritualis Cir-  
cumcisio? Nil aliud est, Patres inquit, quam Christiana  
Mortificatio, per quam Fidelis, anima strenue abscindat quid-  
quid vel incompositum est, vel inutile. Cor, spiritus, sensus,  
omnia in nobis recenti hinc Circumcisioni subijcta sunt,  
quam Salvator veteri subrogavit. Altera hæc Circumcisio Fi-  
delibus multo magis est necessaria quam prior illa Judæis.  
Serio igitur nosmet solligamus, & arrepto spirituali gladio  
amputemus sine ulla miseratione quicquid potest vel displice-  
re Deo, vel nos illi minus iucundum esse. Istitum faci-  
ciamus ex eo, quod noxium inrevertimus, innox ad ea gra-  
dam faciamus, quæ imperfecta sunt, & inutilia; non desit  
zelo nostro materiam. Quot terrene affectiones, quot nimis te-  
neri affectus, quot nimis sensibiles necessitudines! quot e-  
contra simulatas, quot odia, quot inimicitie in corde fo-  
ventur! quot ineptæ cogitationes, quot inania meditamen-  
ta, quot ambitiosa consilia, quot fallaces, vel temerarie  
susceptiones, quot aculeata, vel nimis blanda verba, quot in  
sensibus omnibus evagationes! Spirituale hæc Circumci-  
sionem exigit a nobis hodie corporalis Circumcisio, cui Fi-  
lius Dei sese dignatur subijcere, ut nobis prælueret exem-  
plo. Juxta exitum hunc prototypum nosmet conformare  
debemus in Circumcisione omnium affectuum, qui denomi-  
nantur in nobis. *Morali novi Testamenti. Tomo 1.*

Spiritualis Circumcisio aqve essentialis character est Chri-  
stiani, Religiosi, veri Filii Dei, ac Circumcisio corporalis erat  
olim visibile signum Israelitarum, & filiorum Abraham. Sine  
hac non licet nobis vel ea, que in Baptismo polliciti sumus,  
nec vota nostra adimplere, neque obtinere regulis, nec  
sequi quidem meritum efficere; quoniam spiritualis ista  
Circumcisio apud Jesum Christum est principium, fons, nor-  
ma, & omnium meritum nostrorum mensura. Hæc est  
Christiana mortificatio quæ emundat cor nostrum, efficitque,  
ut omnibus vitis suis abrenuntiet. Hic est gladius Circumci-  
sionis amputans quicquid superfluum est in ramis vineæ  
myricæ, cui Dei Filius nos comparat. Væ ramis, qui succis  
non fuerint, inutiles erunt tanquam farmentum aridum, &  
inutile, quod non nisi in ignem mittendum est. *Ibidem.*

Quomodo modum spiritualis Circumcisionis, quæ in Judaicæ  
locum erat successura, ignota erat perisque mortalibus  
gravis, & non ferenda aliis; Jesus Christus, Patres inquit, et  
alteram quidem subire voluit, quamvis non teneretur, ut  
illi sinem faceret, & ostenderet alteram, quam in prioris  
excidio erat instituta; & sicut Ecclesia spiritu ejus ani-  
ma hodierna die colligit reverenter primas Sancturas ejus-  
dem guttas, illas per invisibilem adspersionem effugata usque  
in intimum animarum nostrarum partem, ut inevitabilem  
cognoscamus necessitatem, in qua sumus nosmet circumci-  
dendi ad imitationem sui sponsi. Judaicæ Circumcisioni tria  
inerant bona, verum simul tres illi inerant molestæ quali-  
tates. Judæis erat necessaria, quia Deus his illam præce-  
perat; in eorum honorem cedebat, quia pignus erat Divini amo-  
ris, ac patrocini; ita enim locutus est ad Abraham, cum  
præcepit illi, ut circumcideret Isaacem cum omnibus fa-  
mulis, & servis suis, Nihilominus tres habebat non satis  
commodas qualitates, Fluxa erat, ac ad tempus valitura;  
humilians, & cum dedecore, cruenta, & cum dolore; verbo,  
sinem erat habitura; supponebat scelus, & magno afferebat  
dolores illam patientibus, *Sermones Morales Tomo 6.*

J. C. se  
subiciens  
Circumci-  
sioni, exi-  
mum est  
contra su-  
perbiam no-  
stram rino-  
dium.

Quid respici-  
ritus Chri-  
cumcisio?

Nihil nobis  
estratum  
videtur de-  
bet in lege,  
cum Salva-  
tor se se pri-  
mo illi  
subjecerit.

Circumcisio  
spiritualis  
ita chara-  
cter est Fi-  
delium, ac  
corporalis  
erat filio-  
rum Abra-  
ham.

Spiritualis  
Circumcisio  
erat ignota.

Circumcisio  
fuit J. C.  
humilitatis  
nisi causa.

Tantum abfuit, quod Circumcisio quodam ex his tribus  
commodis attulerit, ut illi non nisi humiliacionis causa esse  
poverit; neque enim folum desitura erat postquam illum  
sustinisset, sed illi longe majus dedecus, majoremque do-  
lorem, quam alii erat paritura; seu quia cum esset Deus,  
in illo esse non poterat signum novi fœderis cum Patre suo,  
seu quod illum collocabat in classe peccatorum, a quibus es-  
sentiatiter sejanctus erat, seu quod cum illius Corpus Spiritus  
sancti opera efflatus fuisset ex purissimo Virginis Sanguine, ac  
propterea mollior esset, ac sensibilibus, quam corpus reliquo-  
rum puerorum, Circumcisionis gladius illi graviora peperit  
vulnera. *Ex Moralibus Sermonibus Tomo 6. parte prima.*

Spiritualis Circumcisio non aliud est, quam Christiana mor-  
tificatio, & abscisio eorum omnium que ad veterem homi-  
nem spectant. Hæc ad hanc quoque diem tres validos inven-  
it adversarios in Christiana religione: Ignorantiam vide-  
licet, molliem, superbiam; Ignorantia efficit, ut ignoret;  
molliem, ut amoveat; superbia, ut ad nihil rediga-  
tur. Ignorantia illam nobis ostendit extra nos; molliem  
supra nos; superbia infra nos. Hinc cum interesset, ut eam  
cognoeremus, ut nosmet mortificare disceremus, & nosmet  
circumcideremus, quid fecit Jesus Christus? abrogans cere-  
moniam, ut irrogaret præceptum, semet Judaicæ circumci-  
sioni subijcit, ut novam institueret circumcissionem, effi-  
cique ut per ignorantiam nostræ nubes illum cognosceremus,  
efficit nos subijcit, quidquid molliem, & superbia nostra in  
oppositum admitterent. *Ibidem.*

Quid hujus circumcisionis nomine intelligo? Quid se cir-  
cumcidere voco? Se circumcidere, Sanctus Cyprianus ait, est  
se armare acuto sanctæ severitatis Evangelicæ gladio, est  
nonnunquam pro sensibilibus asperitatis in carne, semper vero  
per invisibiles impressiones id faciamus in anima, quod illi  
in parte humani corporis gladius circumcisionis efficit; quod  
cum esset re adhuc integra peccati instrumentum, esse de-  
bat victima sacrificii. Se circumcidere, Sanctus Augustinus  
ait, est incompositos carnis motus compescere, sensum, & sine  
sensu cupiditatem auferre quicquid in illa aerius est, ac fer-  
ventius, divortii spiritum injicere inter nos, sensusque no-  
stros, & imitari Joseph, qui ut elaberetur ex impudicæ se-  
minis illecebris, se ipsum, & cor suum abstulit, & passum  
dimittauit suam in illius manu reliquit. *Ibidem.*

Lex Circumcisionis erat lex gravis, & onerosa, quam Puer  
Deus adimplere non poterat, nisi quodammodo totius Ju-  
daicæ legis ponderi sese subijceret: Etenim Sanctus Paulus  
ait, omnem hominem, qui circumcissionem recipiebat, con-  
trahere debebat necessitatem observandi omnes legis articu-  
los. Tamen hæc legalium observacionum varietas repulit  
Salvatorem; omnes ille complexus est, omnibus seipsum sub-  
jecit, & cervicem sub hoc gravissimo jugo inflexit. Post hæc  
ipse etiam conquereretur de munerum nostrorum multiplici-  
tate? & dicere audebimus, non licere nobis tanta ut at-  
tentione, ut omnibus perfungamur? Eane existimabimus  
tamquam vincula, & catenas, quæ nostræ officium libertati-  
tis? An non debueramus jam pridem sacrificare Jesu Christo  
fœnestam hanc libertatem, quæ in nobis fuit tot iniquita-  
tum origo? An nescimus quæ ex corde abrenuntiantes fal-  
laci huic libertati filiorum Adam, ingredi in veram liber-  
tatem Filiorum Dei? Libenter ergo nosmet vicariam legi-  
bus ejus, Jesu Christi jugum (ubeamus; hoc non nisi te-  
pidis, ac repentibus animabus durum est, & onerosum.  
*Morali novi Testamenti. Tomo 1.*

Heu? quid igitur non debet bonitati illius, qui nihil  
relinquum fecit, ut te salum faceret? Quo robore suffundi  
debes? quod adeo male respondeas bonis voluntatibus  
ejus, quibus tot tibi consulto dona, & prohibeas ea, quæ  
tibi vellet conferre? quod illum parum colas, equo ignave  
obsequaris, & raro ejusdem reminiscaris? Quo dolore ex-  
cruciaris, quod per peccatum salutem tuam in discrimen  
adduxeris? Quo penitentia agenda inire consilium, &  
mentem illico novam profus vitam ducere incipienda? *Idem.*

Solida erga Sanctum Nomen Jesu devotio est etiam ama-  
re, & omnibus viribus procurare salutem proximi nostri.  
Nihil Filio Dei antiquius est, quam animæ salutis: Vita il-  
lius laboribus plena, & mors plena doloribus hoc palam  
probat. Quanti facienda est ad vocacionis suæ gratia, cu-  
jus vi tibi suum Nomen imponens, te in societatem vocat  
muneris sui, participem facit passionum suarum, in manibus  
tuis statuit diademata gloriæ suæ, sceptrum potentis suæ, ut  
reparet tuum imperium in corda, & demonis eperat ty-  
rannidem? Nemo hæc carere potest, cuiusque debet pro  
condicio, quominus debeatur zelo, quo flagrare debet pro  
gloriâ illius, qui adeptus est gloria Filii Dei est, nostrum esse Sal-  
vatorem secundum vim Nominis ejus, & habere in mani-  
bus suis salutem, & omnium hominum felicitatem. *Nomen  
ejus gloria ejus.* Sicut igitur nullus homo est, cujus Salvator  
non sit; nisi quoque est, qui illum revereri non debeat  
nisi velit se ipsum extollere super Angelos, qui cum singu-  
lari obsequio illum adorant, vel potius nisi velit sese intra  
dæmones demittere, qui licet inviti cum venerari teneatur.  
Opportet, Rex Propheta inquit, ut Principes, & populi, se-  
condry Bibl. Conc. Theol. de Myfter. Tom. IV.

nes, & juvenes terre, omnes laudibus celebrent Nomen il-  
lius, quoniam solum Nomen Domini magnum est, & subli-  
me, episcopi gloria de terra centro ad altissimum Calorum  
verticem confurgit. *Idem.*

Vera devotio erga Sanctum Nomen Jesu est amare, ac  
revereri nostrum Salvatorem propter supremas illius perfe-  
cciones, quæ in virtute, ac significatione præclari hujus No-  
minis continentur. Continet quippe omnem præsentiam, boni-  
tatem, sanctitatem, virtutem, misericordiam, & amorem  
Dei, sine quo nos salvos facere nequit. 2. Complectitur  
omnes gratias, virtutes, & dona Spiritus sancti, quæ ani-  
marum nostrarum sanctificationi profunt; quandoquidem illas  
haure tenemur tamquam ex inexhausto fonte, de plenitu-  
dine Jesu Christi: *De plenitudine ejus omnes accepimus. (Joan. 1.)*  
3. Significat omnia diversa munera Domini, Medici, Pa-  
tris, Judicis, Advocati, Pastoris, Patroni, quæ ad Dei Fi-  
lium, quatenus Salvatorem pertinent. 4. Exprimat, & con-  
tinet in latitudine sua bona omnia, quæ amabilis hic Sal-  
vator contulit omnibus hominibus; puta peccatorum remis-  
sionem, victoriam tentacionum, fugam occasioneum, quibus  
aliquod inest periculum, virtutum acquisitionem, perfe-  
rantia donum, gloria communicationem, & boni supremi  
possessionem. Denique innuit, ac repræsentat omnes passio-  
nes, ignominias, dolores, pœnas, atque tormenta, quæ per-  
tulit propter zelum, & ardens desiderium nos salvos faci-  
endi. *Pater Novæ tom 7. Meditacionum.*

Cogitate Patrem æternum tot divitiis, atque thesauris  
in hoc adorabile Nomen concessisse, quod tribuit filio suo,  
ut nos illud colentes, & crebro invocantes memoria bonita-  
tum ejus in nos, ac infinitarum virtutum suarum nos ad il-  
lum amandum, colendum, & imitandum cum ea qua fieri  
potest perfectione, impelleremur. Proponite igitur vos in  
posteriorum sublimi in prelio, ac profundo obsequio habituros  
Nomen Jesu propter meritum, dignitatem, ac infantiam  
excellentiam illius, qui eodem est insignitus. *Idem.*

Summa cum amoris pietate suavissimum hoc Nomen pro-  
ferte, vel prolatum excipite. Fingite vobis simul Deum ho-  
minem, cui nihil majus est, aut admirabilius, quam boni-  
tas, misericordia, & amor. Quatenus Deus totus est ignis,  
& amor, & misericordia illius superant omnia opera ejus.  
*Miserationes ejus super omnia opera ejus. (Psalm. 144.)* Quatenus  
Dei Filius, proprietates personalis ejus est, esse imaginem  
substantiæ Patris, referentem omnia lineamenta autographi  
sui, & illius cujus est imago; & quoniam ex perfectionibus  
omnibus quas repræsentat, maxime elucet bonitas, hinc fit,  
ut per antonomasiam vocetur *Imago Unitatis illius. (Sap. 7.)*  
Quatenus Filius hominis, non aliud perlat, quam amorem,  
& suavitas ipsi æque est ingenita, ac humanitas. Non venit  
ille, ut homines perdat, sed ut salvos faciat; ita per Spi-  
ritum sanctum effectus fuit, qui non est aliud quam amor.  
Denique consilium capite imitandi perfectiones, atque virtu-  
tes, quas speciosum hoc Nomen significat, & quæ eminentem  
in anima Jesu Christi obtinent gradum; sed præ ceteris  
imitamini suavitatem amoris sui, & contentidie de omnibus  
benemeris, & neminem ledere. *Idem.*

Omnes ore uno docent Theologi, Nomen hoc tantum hæ-  
bere excellentiæ gradum, ut crearetur quod Fideles omnes  
illud colant, & reverentur super omne Nomen. Apostolus  
qui hoc in Cælo didicerat, satis palam docet, cum ait,  
æternum Patrem dedisse filio suo Nomen quod est super  
omne Nomen, ut quidquid in Cælo, vel in terra, & vel in  
inferis est, stectat genua ad nomen Jesu adorandum. Ec-  
clesia id praxi adeo universali confirmat, ut nulla sit im-  
munis conditio, nullus excludatur locus, nullum excipiat  
tempus, nullum ab hoc nos dimovere valeat negotium. *Pater  
Novæ tom 7. Meditacionum.*

Se circumcidere, Sanctus Prosper ait, est persequionem ab  
usu secerne, adhesionem a possessione, Mundi bona, &  
cor suum seorsim collocare, quin invicem se attingere ve-  
leant; vivere vel tamquam viatorem, vel tamquam mor-  
tuum; semper humilem in honoribus, semper moderatum in  
solatiis, semper mortificatum in gaudiis, semper penitentem  
in voluptatibus, semper pauperem, & rerum omnium ege-  
num in divitiis. Se circumcidere juxta Sancti Pauli doctri-  
nam est esse in Mundo, & Mundi spiritum non habere,  
redigere in servitum rebellem corpus suum, & in carne  
peccati Salvatoris signata circumferre; & secundum ipsum  
Jesum Criflum Crucem bajulare, & abnegare quicquid possi-  
demus, ut effici ejus discipuli mereamur. Hoc se circum-  
cidere appello, nec aliquid ultra requiritur, ut statim con-  
fiteamini hoc usum esse ex Christianissimi officii maxime  
ignotis, & ad quod minus advertitur animus. *Ex Moralibus  
Sermonibus Tomo 6. parte prima.*

Diceres Jesum Criflum esse novissimum Filiorum Abraham;  
opus est ergo, ut cum honore tumulet Synagogam, ac de-  
ferat in corpufculo circumcisio hæc arma, & signa mor-  
tis: Sed Jesus Christus Pater est, atque legislator populi  
nostri; opus est ergo, ut novam irroget legem, ejuque  
articulos Sanguine suo signet. Hæc autem nova lex, San-  
ctus Bernardus ait, lex est mortificationis, abrenuntia-  
tionis, separationis, crucifixionis suarum cupiditatum,  
mar-

Quoniam  
Jesu præ-  
ferre, vel  
prolatum  
audire pos-  
sumus San-  
ctum hoc  
Nomen.

Sanctum  
hoc Nomen  
ab omnibus  
colit, & ado-  
rari mere-  
tur.

Quid sit  
Circumci-  
sio.

Ejusdem  
genuati.

martyrii; lex, que cum sit salutis nostre essentialis, in-

In Saluatoris Circumcisione duo animadverto, Sanguinem

Verum est, Sanctus Bernardus ait, Jesum Christum, ut nos

Homo-Deus noluit vocari nomine suo, neque Jesus nuncupatus

Sicuti Baptismus, quo originale peccatum deletur, non

Tanta est inter spirituale circumcisonem, ac verum

spectentur, nihil occurrit nisi circumcisio. Nos sumus cir-

Cum mortificatio Christiana eo spectet, ut moderetur so-

Inter omnes Judaeorum leges nulla severior, quam lex

Ovos, quorum vita jugis est ambitus oblectationum, & vo-

Non vult Deum nos circumcisonem solum

Conqueri nobis non licet de nimis severitate legis

Inde isti preterea qui affirmantur ut se homo a Christiana mortificatione non dispensent

Quam ad Jherusalem et circumcisio

Quidquid ferdum & aliud patitur, ut ad fines nostras perveniamus

Nemilatio Hill Dei major est in Circumcisione quam in Cruce

Quam loqui nos vix ratio spiritus mortificationis abhorreat

Magi videntes stellam, statim aggregantur ad adorandum

Magi per novum sydus in Israel, iter ingressi sunt Jeru-

Callidum hoc, & ambitiosum ingenium, quod jam interat,

Ex quo Magis abeundi facultas facta fuit, ac iter perfor-

Volens Dei Filius universo Mundo cognoscendam tradere

Quamvis exigat Deus obsequia, & religionis cultum ab

Cum Herodes non vidisset amplius Magos, illos statim

Herodes tunc temporis in Babilonia

Magos in Bethleem inveniunt

Magi in Bethleem inveniunt

Dei Filius licet humiliter in Babilonia

Cor Deus potissimum requirit

Herodes jubet omnes pueros a bimestre & infra

SUPPLEMENTUM DE EPIPHANIA.

Probabile est ex momento, quo Angeli Pastoribus ann-